stīpare. *uerb. tr.* **Etym** stip-. **DLat** stipabilis, stipaticus, stipator, stipatio, stipamen, constipare, obstipare, obstipus **DRom** *cast.* estibar (*germanía 'poena afficere'* > estiba *'poena'*); atibar *'pati'*: +borra *'lana rudis'* > *cast.* atiborrar; *cat.* estibar, tibar *'tensionem facere'*, tip *'distentus siue repletus'*, atipar *'exsatiare'*; *fr.* estiver, *it.* stivare, *port.* estibar. +stuppare, *cast.* tupido, *port.* tipido. [**Freq** media **210** indicia **15** /d.c.m. 68-44 Cic] *uocabulum scriptis litterariis omne genus, praesertim narratiuis argumentalibusque, aptum, magis uersu quam prosa; omnibus usibus, praecipue doctis; et technicis ad agri culturam historiamque naturalem pertinentibus quandoque inuenitur isdem sensibus; inde ab initiis apparet usque ad Antiquitatis finem.*

Variatio		indicia	p/d.c.m. subc.
operum	argumentalis	59	12
	dramatica	1	2,3
	exponens	19	6,8
	lyrica	2	8,7
	narratiua	125	24
	satirica	4	21
diachronica	iii-ii aec.	1	2,5
	i aec.	47	17
	i-ii ec.	78	20
	iii-v ec.	84	12
diaphasica	docta	77	37
	media	131	12
	quotidiana	2	4,7
diastratica	litteraria	194	17
	technica	16	6
modus	prosa	133	11
	uersu	77	43

¶ *lato sensu 'homines seu res congregare' seu 'farcire, arte comprimere' significauit • significó en general 'producir una aglomeración de personas o cosas', 'rellenar o rodear apretadamente'.*

a1 saepe + abl. *omnino implere • atestar, colmar o llenar* [**hyper** implere **dom** *loci ubi stipatio fit* forum, templum; *reforzado por* densus, omnis, undique] 70 Lucr 1.329. Nec tamen undique corporea stipata tenentur omnia natura; namque est in rebus inane. 125 Apul Met 3.2.8. aditus etiam et tectum omne fartim stipauerant. 210-213 Tert Anim 46.11. oraculis hoc genus stipatus est orbis. 395 Marcell 10.12. Malorum Punicorum dulcium atque acidorum suco ... nares stipandae sunt. 🕮 Gloss 2.438.11. στοιβάζω stipo (✍ stiuo). 4.172.2. stipat congerit densat. 4.172.3. stipant congregant. 4.176.30. stipant condunt. 4.286.37. conponit.

a2 mil *recipiens seu ambitus commenticium esse poterat, immo hominum manus magis minusue concreta; ad militum manus pertinuit uarie stipatas prout imperatoris intentio posceret • el contenedor o el ámbito podía ser virtual y estar representado por un grupo de personas, indicando su densidad; fue aplicado a la composición de los batallones militares que, ocupando la misma extensión en el campo de batalla, podían ser más densos o más ralos, según la intencionalidad estratégica del momento: compactar o engrosar* [**trop** artare] 29-9 Liv 26.39.13. ita in arto stipatae erant naues ut uix ullum telum in mari uanum intercideret. 33.18.17. stipata phalanx. 80-90 Stat Theb 2.701. praecipue stipare uiros densasque memento multiplicare acies! 125 Apul Met 4.6.4. fons ... inrigans in modum stipati maris uel ignaui fluminis cuncta cohibebat. 210-213 Tert Anim 17.6. uniformitas porticus acuitur in fine, dum acies in concluso stipata illic tenuatur, quo et extenditur. 🕮 Serv Aen 10.328. stipata cohors id est unanimiter ueniens.

a3 homo seu animal *horrea siue cellas implere • almacenar* [**trop** cumulare[1] **dom** *mel apibus stipatur* mella, cella] 37-30 Verg Georg 4.163. aliae purissima mella stipant et liquido distendunt nectare cellas. 50 Sen Nat 4b.13.3. inuenimus quomodo stiparemus niuem.

b1 *ut hominem comprimas uel stringas, id significauit, ut armatorum manus uirum rei publicae affectum protegat • reduciendo el espacio que rodea un objeto o persona, se aplicó a que un grupo armado y con intenciones protectoras, rodeara a una persona relevante en el Estado: escoltar, acompañar, ir en cortejo alrededor de, rodear a alguien como protección* [**trop** comitari **dom** *acumulación de personas* caterua, armatus, satelles, lictor, agmen, iuuenis, turba, multitudo, senatus, exercitus, manus] 68-44 Cic Att 1.18.1. ad forum stipati gregibus amicorum descendimus. 30 Val Max 3.2.5. in quo tantus uigor animi fuit, ut apud Padum Gallorum regem ingenti exercitu stipatum cum paucis equitibus inuaderet. 220 Tert Felix 37. times ... et quamlibet sis multo comitatu stipatus, ad periculum tamen solus es. 353-431 Paul Nol Elog 118.114. quibus stipatur conflua turbis, currit in obsequium, populos effusa fideles.

et ad alia pertinuit • y a otras realidades 44 Cic Cato 28. Quid enim est iucundius senectute stipata studiis iuuentutis? 🕮 Gloss 2.280.32. δορυφορῶ. 2.391.17. ὠχυρωμένος. 4.176.4. stipatus circumdatus aut cirumfusus. 4.393.29. constipatus constrictus. 4.568.23. stipata fulta. Verg Aen 1.497. stipante caterva: 4.286.24. stipante spissante. 4.465.3. cingente multitudine. 4.286.38. comprimente multitudine. Verg Aen 10.328. stipata cohors: 2.188.36.: συνελθὸν τάγμα.

b2 *inde lato sensu quasi artare uel impedire • luego se aplicó a la acción más general de apretar, presionar, encerrar, rodear estrechamente* [**trop** impedire] 44-43 Cic Phil 3.30. senatum stiparit armatis. 50 Curt 4.15.29. Laeuumque cornu in fugam effusum destituerat currum, quem a dextra parte stipati in medium agmen receperunt. 329 Iuven 1.683. uitalis uastis stipatur semita saxis.